

molari poterant victimæ. Non poterant tot victimarum millia in uno tantum altari holocausti sacrificari, atque ideò curavit Salomon ut medium atrii sacerdotalis in altaris usum per sacerdotes dedicaretur, juxta ritum, opinor, qui Numer. cap. 7, præscribitur, et postea Ezechielis cap. 43, à v. 8. Quare atrium illud pro altari fuit, ubi jugulata et immolata victimæ. Dicit autem Abulens. q. 48, id fieri eo tempore licuisse propter necessitatem; neque enim aliter immolari poterant eo numero victimæ, quæ magnam, etiam apud externos, religionis et loci opinionem augebant, et ad illud tantum dedicationis tempus. Quasi alio quovis tempore nefas foret extra altare holocausti sacrificia peragi. Hoc extremum valde mihi difficile, neque enim video quo modo in uno altari holocausti immolari potuerint tot victimarum millia, quot ab Ezechia lib. 2 Paralipomenon cap. 50, et à Josia capite 53, immolata dicuntur.

FECIT QUIPPE IBI HOLOCAUSTUM, ET SACRIFICIUM, ET ADIPEM PACIFICORUM. In his tribus sacrificiis omnia sacrificiorum genera continentur. Ex quibus aliquid est, quod in æreo altari adoleri atque cremari debeat. De holocausto nemo dubitat, quod totum in Dei honorem ab igne consumitur, ut habes Levit. cap. 4. Ex hostiâ pacificâ crematur et adoletur adeps, reticulum jecoris cum renunculis, Levit. cap. 5; de sacrificio pro peccato, quod hic, ut arbitror, sacrificii significatur nomine, eadem crematur et adoletur Domino, Levit. cap. 4. Quare nisi pro uno, multa in atrio designarentur altaria, aut in pavimento spatia ad usum illum separata plurima, non posse aut celebrari tantæ, aut tantæ populi religioni satisfieri; *facere autem sumi interdum pro immolare et sacrificare*, probavimus in nostris Commentariis supra Ezechielem, ad illud cap. 43, v. 25: *Facies hircum pro peccato*.

VERS. 65. — AB INTROITU EMATH, USQUE AD RIVUM ÆGYPTI. Convenerunt ad solemnitatem illam frequentes populi ab extremis finibus Israelitidis terræ. Ponuntur autem hic duo exempli gratiâ, in quibus alii duo intelliguntur. Emath pars quædam est in monte Libani, quæ ad Aquilonem spectat, et nunc dicitur Antiochia Syriæ. Fluvius, seu rivus Ægypti est, qui dicitur Rhinocorura, qui terram promissionis à regione meridionali desinit.

ne put même suffire pour une si grande multitude. Tous les Juifs participaient aux victimes, aussi bien que les prêtres. (Duclot.)

SEPTEM DIEBUS, ET SEPTEM DIERIS. Diximus supra mense Ethanim, id est, mense septimo advocatum esse populum, ut tantæ celebritatis sacris interesset. Quod eo consilio factum à Salomone putabamus, ut populus aliquâ molestiâ, et sumptu levaretur, cum alioqui sub illud tempus ad festum tabernaculorum adesse cogeret. Mansit ergo populus septem diebus, quibus templi fuit celebrata dedicatio, et totidem in tabernaculorum festo, quod erat institutum, et indictum à lege; quare quatuordecim in utraqûe celebritate dies positi sunt à religioso populo.

VERS. 66. — IN DIE OCTAVA DIMISIT POPULOS (1). In die octavâ festi tabernaculorum, nam quatuordecim dies in duplici solemnitate celebrandâ posuerunt. Quod constat magis, quia lib. 2 Paral. cap. 7, v. 40, die vigesimo dimissus est populus, sed ille dies proximus est exacto tabernaculorum festo, quod septem constat diebus, et incipit septembris die 15, ut constat Levit. cap. 23, v. 34. Ex quo colligo dedicationis diem primum fuisse diem septimum Ethanim, id est, septembris; cum autem septem diebus dedicationis totidem tabernaculorum

(1) Voici une observation de M. Cahen (Bib.) sur ce verset. « *Le huitième jour*. 11 Chron., ch. 7, v. 40, on dit que c'est le vingt-troisième jour qu'il renvoya le peuple; c'est apparemment le vingt-troisième du septième mois; et le huitième dont il est ici question, serait le lendemain d'une des deux semaines de fêtes mentionnées au verset précédent; reste toujours la différence d'un jour, en supposant que la première semaine a commencé le huitième jour du septième mois. Les commentateurs se sont efforcés de concilier ces passages; les Talmudistes disent même que les Israélites n'ont pas cette année observé le jeûne du Kipour. Ces difficultés n'existent pas pour celui qui voit des documents différents dans ce livre et dans celui des Chroniques; on peut expliquer l'un par l'autre sans être tenu de les faire coordonner dans tous les détails. »

Pour nous, qui regardons le livre des Rois et celui des Paralipomènes comme également inspirés, et conséquemment comme exempts de toute espèce de contradiction, c'est un devoir de les faire coordonner même dans les plus petits détails, et ici nous ne voyons pas que notre tâche soit fort difficile; car nous n'avons qu'à rappeler l'explication de Calmet.

« *In die octavo dimisit populos. Il renvoya les peuples au huitième jour*, qui était un jour de sabbat, vingt-deux du septième mois. Il fit publier au peuple qu'il pouvait se retirer; et le vingt-trois du même mois, les Israélites se retirèrent chacun dans leurs maisons, comme il est porté dans les Paralipomènes. » (Editores.)

succederent continuo, quatuordecim dies fuerunt solennes, et sacri, quibus exactis die octavo, qui aliquomodò ad tabernaculorum festum pertinebat, cum jam satisfactum esset religioni tanti festi, dimissus est à Salomone populus, et ad domos suas jussus reverti. Eodem etiam loco Paralip. v. 9, dicitur Salomon fecisse collectam, quia septem diebus altare consecraverat, id est, quotidie multis victimis imbuerat. Voluit autem exacto septem diebus tabernaculorum festo, de more facere collectam, id est, pecuniam à populo corrogare, qui locum illum, et tempus obierat ad templi necessarios sumptus, sive, ut alii volunt, exactis septem diebus in tabernaculis, omnes in unum congregati conveniebant in templum. Unde dies iste Levit. cap. 23, v. 36, dies appellatur cœtus atque collectæ; hoc fortassè verius, ut indicat S. Thomas 1-2, quæst. 102, art. 4, ubi indicat in eâ collectâ, sive cœtu significari adunationem populi, et pacem præstitam in terrâ promissionis. Idem tenet Burgensis in cap. 23 Levit., et probat Ribera lib. 5 de Templo cap. 18, et indicat hic locus non obscurè: nam die octavo, nempe qui proximè successit diei septimo tabernaculorum, qui in lib. Paral. vigesimus tertius esse dicitur septembris, dimisit populum gratum, et hilarem, quod facere non posset, nisi adunatum, seu collectum habuisset in templo.

Addit præterea liber idem Paralipomenon cap. 7, vers. 1, cum complèssset Solomon preces, descendisse ignem de cœlo, et oblatas à Salomone victimas consumpsisse. Quasi Deus eo testimonio significare vellet placuisse sibi oblata sacrificia, et habere se velle eo in loco proprium et stabile domicilium. Quod, ut notavit Josephus lib. 8, cap. 2, populum in eam cogitationem adduxit, confirmavitque: « *Ignis*, inquit, ex aere emicans, omnibusque inspectantibus in altare delapsus correptas victimas absumpsit. Ad quod prodigium populus haud dubiam conjecturam fecit, in eo templo Numen esse habitaturum, et præ gaudio pro cœdens in solum unanimiter adoravit. » Sic autem legitur loco Paralipomenon citato: *Cum*

CAPUT IX.

1. Factum est autem, cum perfecisset Salomon ædificium domus Domini et ædificium regis, et omne quod optaverat et voluerat facere,

2. Apparuit ei Dominus secundo, sicut apparuerat ei in Gabaon,

complèssset Salomon fundens preces, ignis descendit de cœlo, et devoravit holocausta, et victimas, et majestas Domini implevit domum. Idem habemus lib. 2 Machab. cap. 2, v. 8: *Sicut cum Salomon petiit, ut locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc; magnificè enim sapientiam tractabat, et ut sapientiam habens obtulit sacrificium dedicationis et consummationis templi; sicut et Moyses orabat ad Dominum, et descendit ignis de cœlo, et consumpsit holocaustum.* Quod porrò hic de holocausto Moysis dicitur ab igne consumpto, habemus Levit. 9, vers. 24, ubi in tabernaculo Moysis, quod hic in Salomonis templi dedicatione contigisse traditur. Erat autem illud persuasum ab initio mundi, id est, à sacrificio Abel, maxime cum accessisset prodigium hoc in tabernaculo Moysis, sacrificium illud acceptum esse Domino, quod ignis desuper lapsus probavisset, adeò ut ipsi etiam idololatræ ad veri Dei cognitionem, hoc signum ab Eliâ propositum libenter admiserint. Cum lib. Reg. 3, cap. 18, de vero Deo Eliæ foret eum Baal sacerdotibus orta contentio, dixit Elias vers. 24: *Invocate nomina deorum vestrorum, et ego invocabo nomen Domini mei, et Deus qui exaudierit per ignem, ipse erit Deus; respondens omnis populus ait: Optima propositio; et ut Elias cogitavit, speravitque, Deus per ignem seipsum manifestans contentionem dirimit.* Sic enim versiculo 38: *Cecidit ignis Domini, et voravit holocaustum (nempe Eliæ), et ligna, et lapides, etc.* Quod cum vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam, et ait: *Domini ipse Deus.*

Addit Josephus lib. 8, cap. 2, fecisse Salomonem, quod pater ipsius ante fecerat, cum arcam testamenti in domum suam introduxit lib. 2, cap. 6. Dimisit enim populum lætum, quem prius aut epulo, aut cibo pro viâ persecutus est. Sic autem ibi Josephus: *Rex concionem dimisit sacris primùm factis, tam pro se, quàm pro populo. Mactavitque vitulorum duodecim millia, agnorum centum et viginti millia, et omnes Hebræi cum liberis et uxoribus epulo sunt excepti.*

CHAPITRE IX.

1. Salomon ayant achevé de bâtir la maison du Seigneur, le palais du roi, et tout ce qu'il avait souhaité et voulu faire,

2. Le Seigneur lui apparut une seconde fois durant la nuit, comme il lui avait apparu à Gabaon,

3. Dixitque Dominus ad eum : Exaudi orationem tuam et deprecationem tuam quam deprecatus es coram me ; sanctificavi domum hanc quam ædificasti, ut ponerem nomen meum ibi in sempiternum, et erunt oculi mei et cor meum ibi cunctis diebus.

4. Tu quoque si ambulaveris coram me, sicut ambulavit pater tuus, in simplicitate cordis et in æquitate, et feceris omnia quæ præcepi tibi, et legitima mea et judicia mea servaveris,

5. Ponam thronum regni tui super Israel in sempiternum, sicut locutus sum David patri tuo dicens : Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel.

6. Si autem aversione aversi fueritis vos et filii vestri, non sequentes me nec custodientes mandata mea et cæremonias meas quas proposui vobis, sed abieritis, et colueritis deos alienos et adoraveritis eos,

7. Auferam Israel de superficie terræ quam dedi eis, et templum quod sanctificavi nomini meo projiciam à conspectu meo, eritque Israel in proverbium et in fabulam cunctis populis,

8. Et domus hæc erit in exemplum : omnis qui transierit per eam stupebit, et sibilabit, et dicet : Quare fecit Dominus sic terræ huic et domui huic ?

9. Et respondebunt : Quia dereliquerunt Dominum Deum suum qui eduxit patres eorum de terrâ Ægypti, et secuti sunt deos alienos, et adoraverunt eos, et coluerunt eos : ideo induxit Dominus super eos omne malum hoc.

10. Expletis autem annis viginti postquam ædificaverat Salomon duas domos, id est, domum Domini et domum regis,

11. Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina et abiegna et aurum juxta omne quod opus habuerat, tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terrâ Galilææ.

12. Et egressus est Hiram de Tyro ut videret oppida quæ dederat ei Salomon, et non placuerunt ei ;

13. Et ait : Hæcne sunt civitates quas dedisti mihi, frater ? Et appellavit eas terram Chabul, usque in diem hanc.

3. Et lui dit : J'ai exaucé votre prière et la supplication que vous m'avez faite ; j'ai sanctifié cette maison que vous avez bâtie pour y établir mon nom à jamais, et mes yeux et mon cœur seront toujours là.

4. Si vous marchez en ma présence, comme votre père y a marché, dans la simplicité et la droiture de votre cœur ; si vous faites tout ce que je vous ai commandé, et que vous gardiez mes lois et mes ordonnances,

5. J'établirai votre trône et votre règne sur Israël pour jamais, selon que je l'ai promis à David, votre père, en lui disant : Vous aurez toujours de votre race des successeurs qui seront assis sur le trône d'Israël.

6. Mais si vous vous détournez de moi, vous et vos enfants, si vous cessez de me suivre et de garder mes préceptes et les cérémonies que je vous ai prescrites, et que vous alliez servir et adorer les dieux étrangers,

7. J'exterminerai les Israélites de la terre que je leur ai donnée, je rejetterai de ma face ce temple que j'ai consacré à mon nom ; Israël deviendra la fable et l'objet des railleries de tous les peuples ;

8. Et cette maison sera un exemple de *ma justice* ; et quiconque y passera sera frappé d'étonnement, et lui insultera, en disant : D'où vient que le Seigneur a traité ainsi cette terre et cette maison ?

9. Et on lui répondra : Le Seigneur a frappé ces peuples de tous ces maux parce qu'ils ont abandonné le Seigneur, leur Dieu, qui avait tiré leurs pères de l'Égypte, et qu'ils ont suivi des dieux étrangers, et les ont adorés et servis.

10. Vingt ans s'étant passés, pendant lesquels Salomon bâtit les deux maisons, c'est-à-dire la maison du Seigneur et la maison du roi,

11. (Hiram, roi de Tyr, lui envoyant tous les bois de cèdre et de sapin, et l'or, selon le besoin qu'il en avait), Salomon donna à Hiram vingt villes dans le pays de Galilée.

12. Hiram, roi de Tyr, vint pour voir ces villes que Salomon lui avait données ; mais elles ne lui plurent pas.

13. Et il dit : Sont-ce là, mon frère, les villes que vous m'avez données ? Et il appela cette contrée la terre de Chabul, comme elle s'appelle encore aujourd'hui.

14. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri.

15. Hæc est summa expensarum quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini et domum suam, et Mello, et murum Jerusalem, et Hesper et Mageddo et Gazer.

16. Pharaon rex Ægypti ascendit, et cepit Gazer succenditque eam igni, et Chananæum qui habitabat in civitate interfecit, et dedit eam in dotem filiae suæ uxori Salomonis.

17. Ædificavit ergo Salomon Gazer et Beth-Horon Inferiorem,

18. Et Baalath, et Palmyram in terrâ solitudinis.

19. Et omnes vicos qui ad se pertinebant et erant absque muro, munivit, et civitates curruum et civitates equitum, et quodcumque ei placuit ut ædificaret in Jerusalem et in Libano et in omni terrâ potestatis suæ.

20. Universum populum qui remanserat de Amorrhæis et Hethæis et Pherezæis et Hevæis et Jebusæis, qui non sunt de filiis Israel ;

21. Horum filios qui remanserant in terrâ, quos scilicet non potuerant filii Israel exterminare, fecit Salomon tributarios, usque in diem hanc.

22. De filiis autem Israel non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores, et ministri ejus, et principes, et duces, et præfecti curruum et equorum.

23. Erant autem principes super omnia opera Salomonis præpositi quingenti quinquaginta, qui habebant subjectum populum, et statutis operibus imperabant.

24. Filia autem Pharaonis ascendit de Civitate David in domum suam, quam ædificaverat ei Salomon. Tunc ædificavit Mello.

25. Offerebat quoque Salomon tribus vicibus per annos singulos holocausta et pacificas victimas super altare quod ædificaverat Domino, et adolebat thymiana coram Domino. Perfectumque est templum.

14. Hiram avait envoyé au roi Salomon cent vingt talents d'or.

15. Telle est la somme des dépenses que fit le roi Salomon pour bâtir la maison du Seigneur et sa maison, pour bâtir Mello, les murailles de Jérusalem, Hésér, Mageddo et Gazer.

16. Pharaon, roi d'Égypte, était venu prendre Gazer et l'avait brûlée, et il avait tué les Chananéens qui habitaient dans la ville, et il l'avait donnée pour dot à sa fille que Salomon avait épousée.

17. Salomon rebâtit donc Gazer *Beth-Horon-la-Haute* et Beth-Horon-la-Basse,

18. Et Baalath et Palmyre, dans le pays du désert de Soba.

19. Il fortifia aussi tous les bourgs qui étaient à lui et qui n'avaient point de murailles, les villes où étaient les magasins des chariots de guerre, et les villages qui étaient destinés à la demeure des gens de cheval, et tout ce qu'il lui plut de bâtir dans Jérusalem, sur le Liban, et dans toute l'étendue de son royaume.

20. Quant à tout ce qui était demeuré de peuple des Amorrhéens, des Héthéens, des Phérézéens, des Hévéens et des Jebuséens, qui n'étaient point des enfants d'Israël,

21. Salomon rendit tributaires leurs enfants qui étaient restés dans le pays, c'est-à-dire ceux que les enfants d'Israël n'avaient pu exterminer, et ils sont demeurés tributaires jusqu'à ce jour.

22. Car il ne voulut pas qu'aucun des enfants d'Israël servit d'esclave ; mais il en fit ses hommes de guerre, ses ministres, ses principaux officiers et les chefs de ses armées ; et ils commandaient les chariots et la cavalerie.

23. Il y avait sur tous les ouvrages de Salomon cinq cent cinquante hommes établis, auxquels le peuple était soumis, et qui avaient l'intendance de tous les ouvrages qu'il avait entrepris.

24. Or, la fille de Pharaon vint de la Ville-de-David dans sa maison que Salomon lui avait bâtie ; et alors le roi bâtit Mello.

25. Salomon offrait aussi trois fois l'année des holocaustes et des victimes pacifiques sur l'autel qu'il avait élevé au Seigneur, devant le vestibule, et il brûlait du parfum devant le Seigneur. Or, le temple était achevé.

26. *Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est juxta Ailath in littore maris Rubri, in terrâ Idumææ.*

27. *Misitque Hiram in classe illâ servos suos viros nauticos et gnaros maris, cum servis Salomonis.*

28. *Qui, cum venissent in Ophir, sumptum inde aurum quadriagentorum viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonem.*

VERS. 1. — **FACTUM EST AUTEM CUM PERFECISSET SALOMON AEDIFICIUM DOMUS DOMINI, ET AEDIFICIUM REGIS, etc.** Ter dicitur Deus cum Salomone locutus fuisse. Primum in somnis in Gabaon, cum religionis et sacrificii gratiâ eò profectus est, ut habes supra cap. 3, ubi divinitus sapientiam illi infudit, instruxitque ut domum sibi juxta præscriptam formam et rationem absolveret. Iterum cum intentus esset operis molitioni cap. 6, quò confirmaret animum, et inflammaret studium, ut constanter et avidè cogitata atque incepta perficeret. Quo tempore non dicitur apparuisse Salomoni aut in somnis, aut aliquo alio modo, sed tantum factum esse ad illum verbum Domini; sic enim ibi v. 11: *Factus est sermo Domini ad Salomonem.* Tertiò hoc loco, in quo vult munerare tam constans et incitatum Salomonis studium, quo rem ita perfecit accuratè et sedulò, ut nisi opere ad omnes absolute numeros, quiescendum sibi non putaverit. Dicitur tamen apparuisse Deus Salomoni secundò, quia semel tantum illi apparuerat in Gabaon cap. 5. Nam cap. 6, non apparuisse, sed suam apparuisse voluntatem, quod per interpretem, id est, per Prophetam facere potuit. Neque enim sine causâ dicitur v. 2: *Apparuit ei Dominus secundò, sicut apparuerat ei in Gabaon,* in somnis videlicet, quod habes magis expressum cap. 7 lib. 2 Paralip. v. 12, ubi Deus apparuisse dicitur in nocte. In hunc modum hæc, quæ non minus consentire videbantur, conciliat Abulensis q. 4.

Hæc autem apparitio contigit postquam absoluta est domus regia, et alia ædificia, de quibus cap. 7, in principio. Cum autem in operibus illis minoribus atque profanis tredecim anni fuerint à Salomone consumpti, consequens est, ut dicamus anno à dedicatione templi decimo tertio in somnis Salomoni apparuisse Dominum, id est, à fundato templo anno vigesimo. Neque deest aliqua ratio, cur ad id

26. Le roi Salomon équipa aussi une flotte à Asiongaber, qui est près d'Elath, sur le rivage de la mer Rouge, au pays d'Idumée.

27. Et Hiram envoya avec cette flotte quelques-uns de ses gens, bons hommes de mer et qui entendaient fort bien la navigation, lesquels se joignirent aux gens de Salomon.

28. Et, étant allés en Ophir, ils y prirent quatre cent vingt talents d'or, qu'ils apportèrent au roi Salomon.

COMMENTARIUM.

usque tempus illud Domini familiare colloquium deferri debuerit. Nam cum absoluto templo Salomon ad domum sibi, atque Ægyptiæ conjugæ ædificandam adjecisset animum, et inanes sumptus contulisset, addidissetque alias ad similitudinem Libani delicias, minus videbatur ad celestem illam illustrationem idoneus. Cum autem ab insanis illis substructionibus animum avocasset, et ad alias curas, et studia transtulisset, et quod eriperat temporis ædificandi ardor, illud sacris obeundis religiosè et rebus pro suo munere et nomine administrandis impenderet, locum dedit illustrationi divinæ quem seculares atque profanæ cogitationes abstulerant. Hæc videtur assignari posse ratio, cur tamdiu videatur illustratio illa atque apparitio dilata.

VERS. 3. — **DIXITQUE DOMINUS AD EUM: EXAUDIVI ORATIONEM TUAM, ET DEPRECATIONEM TUAM, QUAM DEPRECATUS ES CORAM ME (1).** Tredecim anni transacti fuerant, ex quo Salomon in templi dedicatione illam orationem habuit, de qua

(1) Un savant théologien (*Estius*) a remarqué sur ces paroles que Dieu dit à Salomon, que toutes les choses extérieures, regardant le culte divin, soit que ce soit une Église, ou des vases d'or ou d'argent, ou d'autres ornements sacrés, ne peuvent être agréables à Dieu qu'à cause de la piété intérieure des personnes qui les lui offrent. Et ce culte intérieur consiste dans l'exercice continué des trois vertus principales du Chrétien, la foi, l'espérance et la charité, selon ces paroles de saint Augustin: « C'est par la foi, et par l'espérance, et par l'ardeur de la charité, qu'on rend à Dieu le culte qui lui est dû. *Fide, spe et charitate colitur Deus.* Car alors, dit ce Père, que ces vertus manquent, tout ce qui se fait extérieurement dans les sacrifices, dans le chant des psaumes et des hymnes, et dans les prières, est inutile et semblable à des fictions de théâtres, et est plus capable d'irriter Dieu, que d'attirer sa miséricorde. *Ubi ista desunt, quidquid exterius agit in sacrificiis et orationibus, inutile est, et et mimicis gesticulationibus simile, magisque ad iram provocatur Deus, quam commovetur ad misericordiam.* » (Sacy.)

proximo capite: cui Deus nunc, cum minùs Salomon de sua petitione cogitaret, respondit. Et quia Deus observaverat, probaveratque omnia, quæ sibi, templo, ac populo precatus est Salomon, ad eorum singula respondit, annuitque postulatis. Quare cum illa quæ Salomoni fuerunt in votis, et subjecta precibus, neque obscura sint, et à nobis, ut reor, explicata satis, non est cur aliquid in his divinæ illustrationis verbis operæ ponamus; cum nihil contineant aliud, quàm liberalem concessionem illorum, quæ precatus Salomon fuerat, et quid Deus, ut illa bona sint perpetua, à Salomone populoque desideret, et hæc posteriora à nobis explicata sunt lib. 2, cap. 7, ubi hæc eadem promissa sunt Davidi, cum primum de ædificandâ domo stabili Domino religiosam cogitationem suscepit, et propositæ minæ, si minùs legi, voluntatique divinæ posteriforent obsequentes.

VERS. 7. — **ERITQUE ISRAEL IN PROVERBIUM, ET INFABULAM CUNCTIS POPULIS (1).** Multa promittit Deus Israeli, si quod ab illo officium et religio postulat, fideli observatione præstiterit; neque pauca minatur, aut levia, si religionem prodât, et minùs se divinis legibus obsequentem præbeat. Quem sic urgendum dicit gravibus, atque familiaribus incommodis, ut externis populis tribuat satis amplam insultandi et subsannandi materiam. Utenim cum gravia significare volumus infortunia, et sibi ipsis coherentia mala, proverbiali specie, Mysorum ærumnas et Herculis labores appellamus; sic cum posterifore magnum aliquid et continens malum exprimere voluerint, ex Judæorum ærumnosâ ac vili conditione sument exemplum, et proverbiale dicendi modum. Has porrò minas sæpè à Deo propositas audierunt Hebræi, Deut. 28, v. 37: *Eris in proverbium, et in fabulam omnibus populis ad quos te introduxerit Deus.* Jerem. cap. 24, v. 9: *Dabo eos in vexationem afflictio-*

(1) **VERS. 4.** — **TU QUOQUE SI AMBULAVERIS CORAM ME Sicut ambulavit pater tuus in simplicitate (Hebr. *betom*, id est, in integritate; Chald., in veritate; in sanctitate) cordis, et in æquitate.** Hebr., Septuag., *beioscer*, id est, *rectitudine*, hoc est, si integro, vero, sancto et perfecto corde mihi servieris, ut totum cor mihi tradas, nec illud divides, ut ejus partem unam mihi, alteram idolis et cupiditatibus tradas. Deus enim totum cor totumque amorem nostrum postulat, juxta illud: *Diligens Dominum Deum ex toto corde tuo, et ex totâ animâ tuâ, et ex totâ fortitudine tuâ.* Deut. 6, 5. (Vide ibi dicta.) Unde explicans subdit:

ET FECERIS OMNIA QUÆ PRÆCEPI TIBI ET LEGITIMA (leges) MEÆ ET JUDICIA (jura et leges judiciales à me latas) MEÆ SERVAVERIS. (Corn. à Lap.)

namque omnibus regnis terræ, in opprobrium, in parabolam, et proverbium, et maledictionem in universis locis. Zachar. cap. 8, versiculo 13: *Et erit sicut eratis maledictio in gentibus.*

VERS. 8. — **QUARE FECIT DOMINUS SIC TERRÆ huic? etc.** Hæc eadem verba dixit Dominus, Deut. cap. 29, v. 24, et iterum per Jeremiam cap. 22, v. 18. Et quidem sic fuit populi quondam nobilis et lauti conversa afflictæque fortuna, ut omnes admirari potuerint mutationem illam, et causas inquirere, cur Deus abjecisse videatur populum, cujus antea paternâ sedulitate providerat. (1)

(1) **VERS. 7.** — **AUFERAM ISRAEL DE SUPERFICIE TERRÆ, QUAM DEDI EIS; ET TEMPLUM QUOD SANCTIFICAVI (dicavi) NOMINI MEO PROJICIAM,** uti jam ob occisum Christum videmus Judæos toto orbe errones et vagos, et templum eorum excisum. Sic et Christianos ad hæresim aliaque scelera dilabentes Deus sæpius punivit, et etiamnum punit, excidio gentis et regni ac templa et monasteria succendi evertique sinit. (Corn. à Lap.)

DE SUPERFICIE TERRÆ, QUAM DEDI EIS; vel, ita excindam, ut penitus deleantur, memoriam illorum abolebo, ut iis accidit, qui miseræ eas regiones tenebant, cum Hierosolyma in manus Romanorum hostium venit, à quibus ingens incolarum copia extincta est. Vel: Exterminabo, ex hæc regione pellam, et per totam latè orbis faciem dissipabo; denique captivi abducentur, uti sub Nabuchodonosore et Salmanazare.

TEMPLUM . . . PROJICIAM A CONSPECTU MEO. Deus quidem habitare inter homines in templis materialibus non dedignatur, ac loca illa tanquam sacra, asylo religiosa habet, ibi autem munificentia majore opes suas et dona impertitur: ac præsentia suæ ea exhibet argumenta, ut veluti sentiatur: statim verò ac homo à debita in Deum fide recedit, templum intimum animi sui violat criminibus, cujus templi exterius hoc umbra est tantum et vestigium, continuo Deus recipit sese, atque demonstrat non obscure impiis, à Numine cultum merè exterius, eumque gloriæ fucum ac inanem imaginem negligi. Deserit non invitus loca illa, quæ non nisi pietatis nostræ gratiâ admiserat. Terribilis est irati Numinis ultio, templorum gloriæ ejus dicatorum profanatio. Meritò quis asserat, cum nostris criminibus tantum in nos malum provocavimus, velle Deum hisce punire nos, ac naturalibus modis spoliare, quibus nostram cum illo reconciliationem obtineamus. Deseri tunc à Deo meremur, neque nisi exhibitis dignis pœnitentiæ fructibus, spes superest alia revocandi Deum, impetrandique ab illo veniam profanationum, quæ gravem adeo pœnam in nos provocarunt. (Calmet.)

Considérons donc dans ces menaces que Dieu fait à Salomon de rejeter loin de lui son temple, et de le rendre un sujet de raillerie à toute la terre, ce que nous devons appréhender pour nous-mêmes, si après lui avoir été consacrés comme des temples vivants, nous